Ave maria regina celorum Ave gracia plena domina domino(rum)
Ave virgo mater christi que sola verba concepisti de spiritu sancto
in te credidisti cum angelo mente respondisti Ecce ancilla domini
fiat michi secundum verbum tuum genuisti et edidisti salvatorem mundi
Ave preclarissima stella fons puteus aquarum viventium tu es
verte ab omnibus te petentibus petimus [illegible] tuos [illegible]
misericordie ad nos convertere et te ad audiendum
precibus nostris placatum ut filium tuum in carnatum dignata es
[illegible] inclita ita ut [illegible] nos [illegible] Ave
[illegible] secula [illegible] et [illegible] qui [illegible]
fiat tuam conceptionem ut plenum [illegible]
veniat ad dominum [illegible] per archangelum gabri-
elem Ave / maria

possessor huius
libelli (

Inventar. 210 – 212

X 15. 4 [illegible] [illegible] September
Jun [illegible]

Deus meus [redacted]
insipienti [redacted]
laus israhe [redacted]
rauerunt e [redacted]
ti sunt in [redacted]
tem sum u [redacted]
et abiectio [redacted]
tur me [redacted]
in domino [redacted]
ipsi uero c [redacted]
uestimenta [redacted]
me [redacted]
um humilia [redacted]
Uniuersum [redacted]
domino gen [redacted]
V vs. Popu [redacted]
Impperium [redacted]
qui simul c [redacted]
ui et non [redacted]
ti mea pota [redacted]

[redacted] et mor
[redacted] netrice
[redacted] osla in

amoris ergo offert

Simonis Polkowic
fratri Pauper

Ave maria regina celorum ave ...
Ave virgo mater ... per sola verba ...
... angelo ... responsum ...
fiat michi secundum verbum tuum ... et ...
Ave ... fons ...
... omnibus petentibus petitum ...
misericorditer ad nos ...
precibus ... tempora ...
... ut ...
... secula ...
... ut ...
veniat ad ...
... maria

possessor hu...
libelli

Inum. 250 –

X 15. 4 ... Uh
... ...

que usque
... rsum me
... bam
... beneplaci
... ter si non
... oluntas tua
... nantes me
... torium me
... framea et
... Exurge
... um deus
... am.
... de
... qui me pse
... cis meis do
... tatem tuam
... di me

Philalethes

Maffei Vegij Laudensis ad Eustathium Prefatio.

CUm repeterẽ nuper animo Eustathi fra
ter id quod sepe soleo: tam puersos in om
ni mortaliuꝫ statu corruptosq; viuẽdi mo
res / attenderemq; nihil non plenum frau
dis et improbitatis: aggressus sum nouaꝫ
breuemq; et (vt puto) non iniocundam in
genij lucubrationem. que etsi primo con
spectu admirationem tibi fortasse sit alla
tura: ꝙ q; in condendis poematibus studia mea hactenꝰ im
penderim: liberam nunc primum solutamq; dictioneꝫ ample
ctar: quum animaduerteris tamen diligẽtius rei de qua scri
bendum fuit inuentionem: non modo non admiraberis: sed
vltro etiam qualecunq; est quod egimꝰ approbabis. Nam in
primis nec ab poete officio discessimus: quod per se satis ista
scriptio atq; aperte manifestat. nec licet poema ediderimus:
potuimus facile opus dialogo contextuꝫ: quod presertiꝫ neq;
tragicum neq; satis comicum est adstrictioribus numeris ex
plicare. Quod si quibusdaꝫ fortasse videbitur oratio nostra
mordatior q̄ vel ego soleam: vel delicata multorum ingenia
patiantur: rogatos eos velim vt rationem animi nostri equa
nimius suscipientes existiment: non tam me omnium homi
num q̄ humanorum omniũ statuum vitam coarguisse. putẽt
q; non ita damnasse me mortales scelerum eorũ / vt non aliq̃s
tamen ex singulis eorum statibus credam bone frugi semper
extitisse. Hos ego: si qui sunt temporibus nostris: non dubi
to pro constantia virtutis eorum libello meo congratulatu
ros. reliquos vero qui cõsciẽtia flagitiorꝝ suorꝝ acti dicta om
nium pariter et scripta in se iaci suspicantur / video et accusa
turos susceptum laborem nostrum. et vt ad risum sunt faci
les et aliquãdo irrisuros. Sed age accusent atq; irrideant vt
libet. quos certe minoris pendo q̄ floccos indumenti mei.
Te autem germane charissime cuius egregiam virtutem et

cum virtute coniunctum mirum litterarum amorem ac studi
um intelligo. persuasi mihi: non postremum fore qui scri-
ptiuncule nostre congratulatum ires. quem quoniam ita per
suasi/dignum etiam duxi insup cui eam quasi quodã iure de-
dicarem. Veritatem igit nostram ita vulneratam atq; cruen
tam vti descripsimus tibi mitto tanq; idoneo hospiti. Tu ip
sam et amice et humaniter suscipito: tractatoq; non secus ac
alter Philalethes. Proficiscit siquidem ea ad te libenter. nã
cum sciscitanti illi multum mores tuos integritatẽq; vite cõ-
mendassem: exiluit statim gaudio et pre desiderio quo te vi-
sendi correpta est ocius euolauit. Ornãt alij germanos suos
auro et gemmis preciosaq; supellectile. ego te bonis discipli
nis: claris moribus rectisq; viuẽdi exemplis semp ornare stu
dui. quod et itidez facio in presentiã: Sed cum fluxa illa & mo
mentanea: hec vero stabilia atq; eterna sint. quantum altera
alteris prestet q̃ ignorat nõ ũsipit ille iudicio meo sed isanit.

Philalethes Veritas



PHILALETHES

Q Ue nam es tu mortaliū que per vasta hec
mōtiū inaccessaq; alijs vagaris loca? VE.
Parce me mortalem appellare: que diuino
magis ex semine ꝓcreata sum. PHI. Di-
uinū ē ne numē tibi? VE. Vtiq;. PHI.
Quenam ergo tu celestium es? dic mihi.
VE. Et si mille mihi iterum ingruant
tormenta nunq; tamen meū subticebo nomen. PHI. Quid
tormenta narras? quid est quod propter me extimescas? qui
ledere neq; sciui quēpiam vnq; neq; plane volui. Effare age
nomen tuum. VE. Alethiam graij: veritatem me latini vo-
cant. PHI. Tu ne veritas filia tēporis? VE. Illa ipsa sum:
sed alio inde ex parente orta. PHI. Audiueram equidē quos-
dam credentes ex tempore genitam. VE. Audire potuisti
facile. fuerunt enim certo qui ita crediderint: neq; inepta fue-
rit eorum ratio credendi. nam cum sub aperto semper aere de-
gam: neq; tegar vnq;: latebrisq; vnq; vllis occludar. si tegi
tamen aut occludi per vim forte contingat: tanta sum harum
quas cernis alarum pernicitate: tantaq; corporis agilitate et
aptitudine: vt necubi multum latere: a nullo quoq; diutius
celari possim. que proinde et nuda sum semper vt vides nul-
lo vnq; amictu contecta. Qua ducti illi ratione que veritatis
similis esse videtur: putauerunt me eo patre generatam qui
omnia quantumcunq; occultissime agantur detegit aliquan-
do atq; manifestat. Uerum vt indubitatum parentem meum
intelligas. Audisti vnq; magnum olympi rectorem ex cere-
bro genuisse sapientiam illam quam vocant pallada? hec mi-
hi soror: ille mihi parens: edita sum ego eodem partu: eodem
semine. tantaq; est duarum sororum inter nos volendi ac sen-
tiendi paritas: tanta vultus facieiq; similitudo: vt vtram vi-
deris dicas in nobis nihil preter nominum appellationem dif-
ferre. PHI. O faustum hunc mihi diem melioreq; lapillo nu-
merandum: quo tandem videre te mihi contingit: cuius vi-
dende incredibili iamdiu desiderio flagrabam: propeq; tabe-
scebam. per quas te non quesiui vrbes? per quos non vicos et

oppida: qbus nō anxi⁹ erraui siluis dum te querito: qbus nō mōtibus: qb⁹ nō inuijs et vastis locis: vt quā te vnaz animo mēteqꝫ gerebam: intueri saltē aliquādo possem. O letum me hodie et pbeatū: cui quam nō inueni quesitā totiēs: repire tā dem insperat⁹ casus dedit. Sed tu dic. agnoscis ne me: VE. haud agnosco te. PHI. Tuuz ne philalethem q̄ non est alter amātior tui: VE. Tu ne philalethes meus: PHI. Philalethes. VE. Mi poptatū te offers mihi: quē nō minore videndi desiderio quesiui vbiqꝫ gētiū. Quotiēs inuocaui nomē tuū atqꝫ iclamaui. putauerā te ciuitates colere. frequētē esse inter cōuent⁹ hominū Sperauerā tibi magnū esse et celebre nomē in populis. Sed qbus nūc te video errātem in asperis atqꝫ desertis locis: squalore obsitū: horridulū: veste sordidulum: pallidulum: incomptū: soliuagū: incognitū: despectuz: qd mirū si nusqꝫ tibi dū vbiqꝫ te vocarē exaudiebar. O letaz me nō min⁹ hodie et perbeatā: cui vocatum te antea totiens post longa tandē mala mea inopinat⁹ hic dies atqꝫ locus obtulit. Sed cur (edissere mihi) tam incultus es et veste lacer: tam squalid⁹ et abiectus: cur hec habitas que pre horrore fere etiam loca refugerēt: PHI. Edisseram tibi vt libet. Sed in primis: quādoquidē miserabilior tua conditio videt: expone mihi cur tantis tu confecta vulnerib⁹ tantoqꝫ sis cruore cōspersa atqꝫ fedata: cuius olim tam eximiā esse formam accepera atqꝫ liberalē. cui⁹ ex ore candidiorē sole etiam splendorem scintillare pdicabant: cui⁹ frons neqꝫ hilarior neqꝫ tristior: cuius aspectus neqꝫ deiect⁹ humilius: neqꝫ pfusus licentius: neqꝫ euectus altius: sed reuerenda q̄dā et formidabili q̄si maiestate cōdit⁹ ferebat. Ubi nūc decor ille lōge let⁹ longeqꝫ charites illas exuperās: vbi nō tanta illa forme dignitas simulacris etiā omnib⁹ emēdatior: vbi venustas oris ⁊ elegātia: vbi capillor̄ rutilatio: cādor corpis: honor ocvlor̄ et grā: cur imutata nūc omnia deformata: cōspurcata: coinquinata: Quinā dic mihi ita te cōfoderūt cōfossamqꝫ ita crudeliter affecerunt vt nullam videā sine vulnere sineqꝫ cruore vel minimā corpis ptē: VE. Longū factura essez sermonē si maloruz meor̄ seriē omnem explicare vellez. qd ad auctores tn̄ ptinet

possim eos breui verbo tibi significare: mortales scilicet a q-
bus tã dixi modũ vulnerata atq cruenta sum. PHI. Mor-
tales ergo tantorum tibi malorũ auctores? VE. Mortales.
PHI. Quasi diuinabam nam eorum improbitas satis mihi ac
super manifesta est. quos etiam propter infinita scelerum eorũ turba
ita sum aspernatus ita dedignatus: vt nõ modo a domestica eo
rum consuetudine: sed et ab aspectu insuper me prorsus abstu
lerim: satius ducens mihi existimãsq dulcius in his vastis so-
litudinibus vitam agere: cũ hac vili et trita veste: cũ tuguriolo
vel minimo quo ventos arceam capere tenues cibos. limphas
habere in delitijs: q summa cũ omniũ diuiciarũ atq dignita
tum affluẽtia versari inter tot portẽta flagitiorum: quibus ad sum-
mũ vsq omnia referta sunt mortalium tecta. Que cum neq
oculis conspicere: neq cogitatõe propterea sustinere possim: id fa-
ctum est cuius causam a me querebas: vt tam incultus et squa
lidus elegerim hec horrẽtia magis loca inhabitare. Sed tu:
oro: enarra mihi atq a principio repete causas malorum tuo-
rum: quas vti magna cum attentione ita graui non sine dolore
auditurus sum. VE. Accepisti ne vnq vllas celestes virgi-
nes ab optimo maximoq parente meo ad mortales demissas
fuisse? PHI. Hoc ex te cupio intelligere. VE. Demissa iam
pridem cõcordia: Demissa pax: demissa iusticia et item pudi
citia: demisse innumerabiles alie eximia specie cadẽtiq pu-
dore virgines: Despecte vero a mortalibus omnes ludificate:
profugate: et per totum orbem exagitate: ac demum vnde ve-
nerant regresse sunt. Demisit me postremo amãtissimus mor-
talium parẽs meus: ratus propter maiorem quã preferro vul-
tus mei reuerẽtiã et dignitatem: nõ tam graues modo me in-
iurias excepturam: sed honori insuper magno ac venerationi
apud illos futuram. Et si quid erat quod propter me animo
angeretur: id vnum erat excellentia forme: corporisq nudi-
tas. que eum cogebant obscenas atq impuras aliquorum: si
quas offẽdissem: manus vereri. Sed eo lõge cogitatõem eius euẽtus fefel
lit. q lõge alia crudelitatis magisq obscẽitatis facinora extime
scẽda erãt: que tot ac tãta sustinui: vt cũ audieris pro inhũanitate
vix illa credibilia tibi videãtur. PHI. Ni fallor eãdẽ itellige-

re videor precipuos inter mortales tanti sceleris reos V E.
Quos? PH I. Circulatores et vanos quosdam nouarum arti
um ostentatores. qui vel fucatis herbarum concinnationibus vel
fictarum imaginum gesticulationibus illudunt maxime rudi
popello. quibus nihil est veritate alienum magis atque inco-
gnitum. V E. Parum vel nihil habeo quo istos accusem. Nam
ludunt magis quam ledunt eorum artes. PH I. Mimi ergo te leserunt
et histriones. qui quos volunt hominum gestus et voces ipsi effin-
gere et ementiri possunt? V E. Et hi minus quam superiores. Nam
offendunt neminem vnquam: delectant autem quenque iocis et sali-
bus suis. PH I. At credo manus intulerint qui imposturam faci-
unt: conantes vim nature inferre dum ignobiliores metallo
rum materias in preciosiores vertere atque adulterare vanis ar
tibus suis contendunt: vt vel ditescant magis: vel que non possunt
superstitioso quodam studio magis inuestigent. V E. Deplo-
randa sunt aliunde grauius vulnera mea. quamquam et non nihil (fa
teor) me leserunt hi impostores. Sed puniuntur satis stulti-
cia sua. nam delusi tandem impositique suis per semet impositio
nibus redigi solent ad summam calamitatem. PH I. Leserunt te
ne forsitan aruspices et astrologi ceterique qui diuinationem aliquam
profitentur? qui varios vite mortisque euentus pronunciantes tunc
falluntur maxime cum certius veriusque venturum aliquid se in-
tellexisse arbitrantur. V E. Neque horum vllam in me iniuriam queror.
Nam qui absconditam magis futurarum rerum rationem aperire
atque notam possint efficere/ elaborant plurimum et insudant. qui si
minus quod conati sunt exequuntur: adscribendum id magis
est debilioribus ingenii neruis ac viribus quam prauitati vlli et
malignitati. PH I. At cogor etiam de philosophis male su-
spicari qui cum abstrusa queque nature scrutari morumque rationes
fundare contendant: tot contrarias inter se excitant lites expli
catasque nondum concertationes: vt nulli adhuc certa eorum que
tradunt veritatis via patefiat. V E. Innocentissimas et hi quas
ab iniuria mea manus habent. qui etsi falsa opinantes sepius ma
gis irretiantur erroribus: inuestigandi tamen veri vna omnium
ac par est intentio. ad quod pro suo quisque captu diuersa duci
tur opinionum via. PH I. Qui tandem restant qui tantis te af

fecerint malis nisi gerrarum ineptiarumque pleni logici? qui mendatiis semper et cauillationibus certantes nunc currentes sedere: nunc sedentes currere credi volunt. atque nunc homines asinos risibiles garriendo adstruere conantur. VE. haud istud quidem dixeris. nam precipui ipsi ante omnes quos memorasti: veri cultores sunt. cuius querendi indagandique gratia proponunt tales quasi quasdam ambitiuculas deliramentorumque imagines. sed solida est eorum vis atque arguta. neque gerrarum vt iniquus ac ineptiarum plena. PHI. Credo omnia vt narras. nam nunc in mentem veniunt certissimi omnibusque notissimi hostes ac inimici tui. VE. Qui nam? dic obsecro. PHI. Quis nesciat poetas confictis nescio quibus nugis ac fabularum portentis totum orbem impleuisse. VE. Que indigna audio? PHI. Cur indigna? VE. Nam nullum est mortalium genus a quo magis quam ab his venerata: aucta illustrataque sim. PHI. Cur ergo vulgo fertur poeta omnia fingere et ementiri? VE. Cur et multa alia vulgo feruntur vana. stulta mendacioraque iis quorum poetas insimulant? quod cum cortice verum: vt a sunt: tantum intelligant: ea etiam tantum diiudicant que oculis exterius apparentia intuentur. Sed ad cognoscendas magnas arduasque res oportet latentes celatasque eorum que dicuntur rationes intro speculari: pensareque vim omnium castigo longe ac perpenso examine iuditii. ad quod penetrandum nulla hebetis et crassi vulgi vis quantumlibet magna et acris sufficere potest. PHI. Et quid in se habent poetarum carmina quod lateat verum? fidele: magnificum: dignumque veneratione? VE. Quicquid ad intelligendas varias regum ac populorum res gestas pertinet. vel ad cognoscenda archana nature morumque et vite salubria instituta conducit. Nam a nullius sapientie professore melius quam a poeta diuersorum temporum ac locorum vices situs et gesta scribuntur. neque philosophi nature morumque rationes melius: neque astronomi celi astrorumque vim ac meatus doctius: neque musici vocum numeros et concentus elegantius: neque ceterarum quique suarum artium precepta fidelius quam poete tradunt. atque ideo excellenti quadam denominatione poete quod idem est ac factores appellati sunt. Qua in re non

Pauci seipsos deceperunt. qui cum vix pinguem quendam ac
iudicio satis suo resonantē canorem: syllabarum etiam debi-
tam ꝓportionē viribus suis expresserūt: actutū se heliconis
aquas plenis faucibus hausisse: atqꝫ summū parnasi cacumē
ascendisse arbitrati sunt. Et cum cunctis in disciplinis cuiqꝫ
sua etsi mala placere videamus: mirum tamē est ꝙ in poeticis
maxime id vitio datum sit vt ingenio quisqꝫ suo blandiatur: vt
inepto quis deferat quisqꝫ carmini suo ac tribuat multū: vt
nemo nō musaꝫ suam veluti simia gnatum suum charipēdat
laudet atqꝫ intentꝰ admiretur. At pnecessaria est ad instruen
dum carmē longa auctorū et quidē eruditorū lectio: logus et
inundans litterarum fluuius: qui abundanter suppeditet tā-
ta que dicenda poete incumbunt. Petenda sunt puestigāda
qꝫ diligenter nota queqꝫ et propria atqꝫ rebꝰ suis cognata vo-
cabula. Aduocande sunt non plebeie aut seruiles: vt ita dicā:
sententie. Sed que a vulgi fece segregate: nitido quodam dece-
re ac venerabili sui maiestate resplēdeant. Sed preter hec quod
maius restat: opus est grandi et prompto atqꝫ acri ingenio
quod cogitationes suas faciliter exprimere: polite ordiri: lucu-
lēter narrare queat. quod verba sentētiasqꝫ sciat artificiose ver-
sare: varie distinguere: apte cōtinuare: quod castigate: cōcin
niterqꝫ loqui: moderari auribus: et ꝓ rei cuiusqꝫ dignitate sub
limiter: presse: cōcitate: temperate: oīa psequi possunt. Que
cuncta quoniam arduū ac difficillimū est assequi: ideo qui boni ꝓ-
batiqꝫ poete extiterint: rari quidē et phenicis instar in lucē ꝓ-
dierūt. Sūtqꝫ eoꝝ ingenia diuini magis muneris ꝙ huma-
narum virium. quod cū tot ligati constrictiqꝫ sint vocū ac mēsuraꝝ
legibꝰ: tot vocati a differēdis varijs rebꝰ ⁊ disciplinis: haud
facile illis esset omnia ꝑpetuo feliciqꝫ stilo cōplecti: nisi adiu
uante instiganteqꝫ dei miro assensu ac spiraculo atqꝫ domesti
co contubernio: calescenteqꝫ diuini spiritꝰ igni quodā ac defla-
grāte magis incēdio. quos idcirco etiam furore repleri et de-
bacchante: quasi quopiam ꝓfluuio spiritus circūactos futura se
pius ꝑdicere manifestum est. Nam postqꝫ dulcis illa flamma
cōcaluit: mox vilescere humana: ꝓpria vero fieri et sapere di

uina incipiunt. tum rapitur mens corporei sui quasi ergastu-
li oblita: agiturq; tanq; celo vaga et libera: fruitq; delitijs ei⁹
prophano vulgo incognitis. quas et si nō gustu certo: at ima
gine saltem et odore quodam: cui⁹ suauitudo facile nunq; ex
plicari posset: attingit. Proinde quoq; licētior est causa poe-
tarum: q̄ veluti reges atq; imperatores quas volunt sibi lit-
terarias leges rogant: exempti a cōmuni qua ceteri coartant
grammatica simul et historica necessitate. Inde fit vt q̄ libe-
riores eorum terminos ac fines: offitijq; ipsorum laxiores ha
benas ignorāt: mirentur accusentq; tantum ꝙ fingendi que-
q; sibi licentiam vendicarunt. Sed si intelligerent diuersum
longe ab historicis ceterisq; scriptoribus eoꝝ officiu: cogno
scerentq; diuinam mentis ipsorum cōcitationem: qua succen
si magnoq; quasi precipites impetu rapiuntur: non accusa-
rent modo sed cōmendarent insuper maxime velatas quas
ipsi intexunt figuras rerumq; figmenta. Nam quum carmen
non sine furore mentis diuinoq; afflatu exp̄mi possit: occupa
tum haud esse conuenit poetā in vulgaribus quibusq; ac mi
nutis rebus: Sed excellentem et cum deo fabulantem atq; io
cantem spiritum necesse est liberum agi. et res gestas non hi-
storici more: cuius pedestre magis ac seruile est offitium: ita
explicare vt sub instrumento publico ⁊ fide testium tabellio
nisq; auctoritate claudi videantur. verum sicut vaticinantes
et Apolline pleni solent: oportet rem quanq; ita vt est veraz
exprimere: expromptamq; non cum nuda et rudi simplicita-
te apertam ostentare: sed cum varijs decorisq; velamentis:
tortuosis figurationibus: obliquisq; traductionibus inuol-
uere: atq; per dulces fabulososq; quasi quosdam ambitus et
ambages magnarum rerum veritatem significare: quo festi-
uiorem sic illustrata acquirat sermonis venustatem et leporē
cultumq; decentiorē. festiuiorq; taliter ac decētior facta: sum
mis tantum et prestantibus ingenijs perspecta innoteat. cras
sis vero ⁊ deiectis q̄lib⁹ iners totū abūde scatet vulg⁹: ignota
penitus atq; abstrusa delitescat. Pudet siq̄dē poetā tā p̄cio-
sam suppellectilē suā oīb⁹ passim nisi lectis ⁊ pfectis dare tra-

ctabilem atq domesticam Hinc est vnde inualuit aliquando
vana ea quorundam insc[i]cia: qui quoniam tantum quod ocu
lis subiectum habent intelligant: ausi sunt tam mystico poe-
tarum artificio calumniam inferre: mendaces eos et falsos ap
pellantes propter blandas quas commenti sunt et prurientes
fabulas: nescientes vero poetici offitij modum cuius non tam
proprium est sanctis prodesse exemplis et institutis quam dulci-
bus insuper oblectare verborum inuolucris et figuris: quib⁹
veritatem rerum et magnitudinem non: quod falso ipi putant:
obtenebrarunt et diminnerunt sed exornarunt magis dignio
remque ac relucentiorem reddiderunt. PHI. Magna de poetis
narras. VE. Et que magna et que vera sunt narro. PHI.
Et que vera ego quoque esse puto. Sed expone tu mihi: qui te
ita cruentarunt? VE. Exponam tibi ex ordine. Cum primum enim
iussu magni omnium parentis descendi in terras: libuit prius
quam conuenirem mortales: inuisere inferna loca. vbi quanto ho-
nore fuerim ab omnibus illius regni incolis suscepta: nudaque
a nudis ipsis hospitata: non possem facile vllo sermoue com
prehendere. adeo me rigidus et incultus Charon: adeo me
seueri et duri iudices et pluton ipse magnus ceterique omnes
libenter aduentantem viderunt: visamque admirati reuerentique
maxime et venerati sunt. Mox in mortalium orbem iter aripui
credens etiam maiores longe ab his honores adsecuturam. ita
me vana decepit credulitas mea. Cum primos offendi ingentes
bellatorum exercitus cum multis munitissimis ad expugnan-
das ciuitates machinis. PHI. Nunc rem intelligo. ipsi ergo
illi suis te gladijs et hastis tam acciter confodarunt? VE. mini-
me. etsi enim infinita continue committant flagitia: nunc horum
opes diripiant: nunc illos afficiant vulneribus: nunc alios iu-
gulent: mentiuntur tamen nunquam. PHI. Quonam modo? VE.
Nam non minus impudentia sunt eorum dicta quam facta. quia cum
multa crudelissime rapacissimeque faciant: non aliter tamen ac
fecerint se vel fecisse vel facturos esse vnquam confitentur? PHI.
Probe. Sed qui te: tandem dic: ita grauiter afflixerunt?
VE. conspicata tum vastum pelagus: animo versare cepi: ter-
ras ne prius an maria inuiserem: vicitque sententia vt ad minus freque

tatas turbis vndas me conuerterem. At vix illuc attigeram
coscenderamqꝫ naues: qꝫ primum tunc aculeos malorum meo-
rum experta: conspexi tantam scelerum omniū turpitudinem
quantam: nisi his oculis hausissem: nullo vnqꝫ modo ante mi
hi persuadere potuissem. Horrendum dictu: vidisses ilico in
me omnes impetu facto correptis totam flagellare mali rudē
tibus. quibus cese contuseqꝫ grauiter mihi scapule nigrorem
adhuc suum atqꝫ liuorem aperte testantur. Tum ferire gub
naculis: clauis: antennis: arpagonibus: tonsillis: remis: con-
tis: anchoris. tum iacere trocleas: porticulos: supara: arte-
mones: scalas: parestatas: trāstra: tabulata amplustria: sum-
maqꝫ etiam mali carchesia. Atqꝫ his ego ita primis malis pul
sata: cruoreqꝫ non modico conspersa proripui me inde ocius:
petijqꝫ terras. tum ibi statim aspicio latam et apcam planiciē:
patentes campos: saltus: vineas: prata: hortos: insudantesqꝫ
in ijs longo opere indomitos agricolas. quos etsi olim astrea
dum ab immortalib⁹ emigrasset postremo loco inuiserit: pri
mo tamen ego conuenire statui propter rudiorem simplicio-
remqꝫ ipsorum naturam: rata et pinde humaniores obsequē
tioresqꝫ erga me illos futuros esse. Concessi itaqꝫ illuc contē
plataqꝫ eorum mores vidi que videre dolui furta: rapinas:
insultus: audatiā: pluraqꝫ alia et grauissima scelera. Vix aūt
eos dulciter amiceqꝫ salutaueram: cū stimulis primo ac si bos
illis visa essem me pungere. de hinc stiuas: bures: vomeres:
aratra: dentes: iuga: rastros. hirpicesqꝫ dentatos in me mitte
re aggressi sunt. putatorias etiam falces messorias ac fenarias
tum percutere me acriter cylindris: pāniculis: tribulis: van-
nis: ventilabris. tum ligonibus: bipalijs: sarculis: bidentib⁹
tutijs: fuscinis: runconibus: rastellis: furculis: palis: pticis:
cratibus: corbibus: qualis. Discessi ab eis tandē tam imma-
niter vulnerata. et in vrbes tanqꝫ in tutissimum diuersorium
saluberrimūqꝫ laborum meorū leuamen confugi. cogitans ve
ro qnam ex omnib⁹ q vrbes colerent modestiores essent atqꝫ
sanctiores: in animum induxi mihi sacerdotes primum. Iter
itaqꝫ fuit mihi ad templa arasqꝫ magnorū celitū. speculataqꝫ
itidem ibi diligenter mores habitusqꝫ sacerdotales: delecta-

ta sum certe primo eoꝝ congressu. Nam decens suus erat ha
bitus pariter et incessus. deinde inuocant sepius dei adiuto-
rium: vel ꝓ viuentibus sanctam pacem: vel pro defunctis re
quiem: vel pro vniuersis veniam et misericordiam implorã-
tes. diuinas semper laudes sublata voce resonabant. Nõ nul
li etiam publice ꝯclamantes nũc virtutes summa laude: nũc
vitia graui accusatione persequebant: atq; ab his deterrebãt
ad eas magnopere quenq; inuitabant. Placuit mihi hec ex-
terior vite eoꝝ facies: presertim ꝙ in dei maximi ⁊ optimi col
laudatione quo nihil fieri potest melius aut digniꝰ: semper
eos occupatos videbam: cupiensq; in eorum strictiorez veni
re familiaritatem: introiui incõtanter secretos etiam ipsoruz
thalamos. vbi preterea que viderim singula exterioribꝰ mi-
nime interiora respondentia. Sed id saltem non omittaz qui
attrectantes frequenter lectitantesq; breues quosdam codi-
ces: a quorum breuitate nomen etiam illis consonum indide
runt: concitato quodam et prerupto oris motu ferebantur.
biblientisq; instar amphore multa magis quasi obmurmu-
rabãt q̃ proferebant. in quibus quantum coniectura carpe-
re potui: diuinas quas supra memoraui pactiones atq; inuo
cationes faciebant. Sed neq; ego que dicerent facile accipie-
bam: neq; ipsi: vt arbitror: plane intelligebant. ⁊ si qua erant
que percipi possent: ea tantum erant nescio que verba tituba
ta. que magna cum labiorum festinatione ac confusione per-
strepebant. Nec mora: magno in me cum insultu proruerũt.
correptisq; breuibꝰ illis libellis suis in oculos colliserũt atq;
contuderunt. vt dexteruz pene hunc mihi quem lesuz adhuc
vides: eruerint. Cum acerris: arulis: candelabris: cereis: e-
munctorijs: lichnis: lampadibus sacrisq; omnibus vasis. atq;
ipsis postremo que summũ celi regem hominumq; liberato-
rem affixum sustinebant sacratissimis crucibus ita me insecta
ti sunt. vt prope tunc mihi desperanduz omnino esse putaue-
rim. Sed aufugi inde citius subirascẽs multuz tam vane cru
delitati decepteq; de his opinioni mee. Egressa vero fores
templorum: neq; videns ad quos me conferrem: euolaui in
plateas viasq; publicas. Quot tum mihi et quãta se palam

obiecerunt vndiqꝫ ementium vendētiūqꝫ inter se velamenta
atqꝫ mendatia: quanta mercatorum redemptorūqꝫ periuria:
proxonetarum inuolucra: institorum fraudata negocia: nu-
mulariorum ꝓstituta lucra: publicanorum audacissima scele
ra. quante artificum deceptiones et deprauatōes: quāta non
virorum modo sed et feminarum insuper atqꝫ puerorū men-
tita verba pariter ꝛ fact: aquanti et horū fuci. quāte nebule:
quorum: qđ detestabiliꝰ est: eo magis et indoles probat: atqꝫ
magnum aliquid de se polliceri predicat quo mētiri ac magis
fallere assuescunt. Femine in me prime iecerūt fusos: colos:
verticulos: glomera: mataxas: panulas: tibicines: radios:
pensa: acus: calathos: thecas: tum gemmas: lapillos: vnio-
nes: viriolas: annulos: inaures: armillas: chelindros: dextra
lia: lunulas: torques: catellas: murenulas: peuscelidas: semi
cinctia: mitras: anademata: discriminalia: calamistra: specu-
la: matulas: olfactoriola: sudariola: scalptoria: dētifrica: den-
tiscalpia: auriscalpia: atqꝫ innumerabilia que magis etiā me
leserunt vnguētaria vasa elegātioris ꝙ necesse sit forme cau-
sa parata. Post puerorꝫ ingens et cōferta turba raptī me fu
stibus ac saxis impetierūt. Tum populi lōga multitudo vt
hincinde cōcitata fugiebā. atqꝫ omni ex genere artifices que
pro suo quisqꝫ vsu parata habebat instrumēta: magno cū fu-
rore in me miserunt. Vidisses volitare laniorꝫ: cetariorumqꝫ
mensas: traperophera: trutinas: pondera: ferramēta: hamos
vncos: retia: curriculos: nassas: cultros: machaeras: dolabra.
Cocorū pistorūqꝫ aena: cacabos: chyrropodes: creagras: ve-
rua: craticulas: testas: sartagines: patinas: ollas: fidelias: le-
betes: mortaria: pila: rudes: alueos: scaphas: labra: cribra-
cula: palas: rutabula: batilla: fuscinulas: forcipes: vncinos:
scutellas: ꝓmulsidaria: parapsides: coclearia: q̄dras: lāces: ca-
tinos: cauponū ciathos: sciphos: vrceolos: oenophora: pate
ras: obbas: trullas calices: phialas: colūnaria: amulas: cātha
ros: aschophas: lagenas: cōgios: ancones: cymbia: crateres:
amphoras: cados. Pictores: pugillares: stilos: colores: peni
culos: spōgias: cōchas: cauteria. sutorū forfices: acꝰ: formas:
mensuras: scalpros: subulas: mucrones: digitalia. Calonūqꝫ

ac omnis generis fabrorum forpices: malleos: incudes: folles: secures: fibulas: festucas: vectes: trullas: perpendicula: normas: regulas: amusses: modulos: circinos: tornos: mamphures: limas: tela: scaphia: serras: dolas: ascias: terebras.

¶ Medicoꝝ tonsorum: pigmentarioꝝqꝫ pelues: cucumas: nouaculas: forpices: cucurbitulas: cotes: scalpellos: specilla: vosellas: hamulos: modiolos: diocles: scaphia: matellas: pixides: piperatoria: mortariola: pistillos: rudiculas. Quibꝰ in me diu grauiterqꝫ ac grandinis more ruentibus: pene tandem deficere cepi: quum rotabar vndiqꝫ ⁊ exagitabar incerta mei ac anxia: nec quo diuerterem tutum illum conspiciens locum: ecce perueni forte ad fora publica. vbi et mira intuēs cū grauitate pretores atqꝫ p̄sides multam item togatoꝝ capiciatorumqꝫ hominū turbā q̄ vel iudicabant vel procurantes ipi causas aliorum dicebant: allecta sum primo ipsoruꝫ aspectu: nam et singulari videbantur predicti modestia tum ⁊ longiores laxioresqꝫ eorum toge: magnam simul et sapientiā et vite integritatem ostentabāt. Accessi ergo propius ad eos existimans me de charybdi iam securum in portuꝫ applicuisse: cum subito incircumspectam latrantibꝰ canibus in scyllam video me delatam ac precipitatam. Nam quas ibi non audiui horrendas latrantū causidicoꝝ voces: quas non iudicantiū iniquas interlocutiones atqꝫ diffinitiones: quas non vidi pretorum ambitiones: quas non aduerti tabellionū scribarūqꝫ falsitates: Quos etiā cum primo a adiuuisseꝫ tanq̃ humilioris conditionis homines: miruꝫ vt q̄ntociꝰ calamariis simul atqꝫ glaphiariis thecis: calamisqꝫ ac atramentariis vasis: scalpellis: etiam et ceteris scriptoriis ferramētis suis in os mihi oculosqꝫ acriter insultauerūt. Mox acrius q̄ꝫ et impudētius proterue in me ausi presides: assessores: circumlatrātesqꝫ vndiqꝫ illi scyllei canes: tam longꝰ tāqꝫ venerabilis ac togatus ordo: atqꝫ in me primo vnguibus dehinc dentibus crudelissime seuientes: dilaniarūt totum mihi atqꝫ vbiqꝫ corpus exederunt. quoꝝ quotiens recordor caninā illam rabiem: morsus venenatos: famemqꝫ non minus ticiano vulture ardenteꝫ et indomitam: contremisco totiens destituorqꝫ tota pene pre recor-

patione. ita mihi penetrauerunt vltimos etiam cordis reces-
sus: vt hoꝝ comparatione priora certe que exceperam quis ama
rissima vulnera: prope dulcescerēt. At postq̄ defessi prius q̄ ex
aciati sunt malis meis: liq̄re me tandē. Ego vero q̄ntū vulne
rum acerbitas magnitudoq̄ sinebant: maturaui inde fugā.
et que vnica tantū restabāt loca: contuli me ad curias principū
atq̄ eoꝝ q̄ principibꝰ assistebāt potētioꝝ hominū turbulētis-
simas turbas. Neq̄ vero dicam q̄ passim ibi singula viderim
licentiora etiam q̄ que supra recensui. Loquantur pro se con
culcati pupilli: flentes vidue: egentes ꝓstrati: innocētes dam
nati: optimi q̄q̄ accusati: ꝓscripti: mulctati: Illud tantū me
morabo q̄ pre indignitate rerum tanta commota sum cōmise
ratione: vt quum innumerabilibꝰ iam corporis vulneribꝰ ex
alandam vsq̄ ipsam animam confecta essem: maiore tamen
cum dolore et anxietate: tulerim nouum id animi vulnꝰ quo
ꝑpunctam transfixamq̄ incredibilis quedam me tot ac tan-
torum malorum prauitas affecerat. tam grauis erat atq̄ mise
rabilis facies eorum. Que quum viderem: non magno pote-
ram sine horrore intueri. Miraris forte pietatem teneritudi
nemq̄ animi mei. sed miraberis longe magis furorē eorum q̄
longo in me concitato agmine quasi debacchantes nō ferro q̄
dem me extinguere (nam extingui haud posse me ferro intel-
ligebant) sed pugnis: saxis: calcibusq̄ cōtundere: strangula-
req̄ laqueis: promptum certumq̄ mortis mee genꝰ arbitrati
sunt. q̄ nec ꝯtenti cōtusam etiam et strangulatā rotare demū
per pedes ac quassare illidereq̄ terre pro vi sua quisq̄ contē-
derunt Quibus tantis malis affecta postq̄ non tam rabiem
exatiauerunt suam: q̄ extremum (si quidem adhuc restabat)
spiritum me exalasse crediderunt: eiecta sum in pomeriū vr-
bis tanq̄ vilissimū cadauer depascendum canibus atq̄ feris
alitibus. Sed quas non inueni cūctis etiā hominibus mitio
res feras et volucres: quid referam: q̄nto me studio et amore
ꝓsecuti sunt in primis canes: tū corui et vultures ceterq̄ aues
etiam immaniores. qui conglobati cateruatim omnes assistē
tesq̄ mihi certabāt: nunc hec plaudere alis: cōqueri dulciter et
condolere: purgare rostris vulnerū saniem: nunc illi pedibꝰ

caudaq̄ blādiri/ligere vulnera plagasq̄ mulcere: donec que superat adhuc scintilla vite mee calescere redireq̄ sensim in veterem flammā atq̄ restitui cepit. Quid cum iam valentior facta inde secessissem? quid narrabo tibi? nō canum modo et alitum: sed leporum etiam vrsorum/tigrium/omnisq̄ generis ferarum expta sum mansuetudinem: propeq̄ dixerim humanitatē. Nam post longa que sustinuerim mala: quū ex vrbibus omnino statuissem migrare/i abdita loca perrexi in siluas et nemora tanq̄ securi⁹ in refugiū vite mee. Nec vero mea me fefellit opinio. nam q̄nta me ꝑus homines affecerāt iniuria/tanto postea me honore siluestres fere atq̄ alites. a q̄bus tam amice suscepta sum: tam sedulo semꝑ et officiose comitata: vt: quod de hominibus ante crediderā/viderent̄ ipe humanos mores: mutata vtrinq̄ natura: sibi vindicasse. Dehinc vero capto desiderio: vt fuit: plura inuisendi: conscēdi altiora hec collium atq̄ mōtiū loca. in q̄b⁹ ⁊ multos iam erraui dies. neq̄ mortalium quenq̄ adhuc offendi p̄ter te. cui⁹ ꝓmo etiā aspectu offensa: non potui nō timere: memor eorū que tibi retuli a mortalib⁹ sustinuisse. tū securū paulatī̄ r̄cepi animū: postq̄ inter loquēdū tam manifesta egregie virtutis tue ac demū amoris signa demōstrasti: q̄n maiorē in modū admirata fui in ipso sermonis aggressu: q̄ te vnum ex omniū mortaliū turba inuenissem tā mitē: piū: rectū: tāq̄ singulari preditū bonitate. Sed Philalethez postq̄ te meū esse intellexi: quem ⁊ p̄cipuū ⁊ ante omnes vnum vt inuiserem iusserat parens meus: conuersa sum ilico ex admiratione in maiorem g̃tulationem: que te mihi aliquando oblatum habuissez: vt cū ad patrem meum reuerterim: possem post longam reliquorū mortalium in me crudelitatem ac immanitatem: tui etiaz vnius summā vereq̄ ab illo mihi prenunciataz humanitatem et pietatem referre. PHI. O que audio tristia: dira: infanda: execranda. O ferum: crudum: immane: barbarum: O impudens: O pestilens mortalium genus. O que dehiscat vobis terra depereatq̄ tota chasmate. O tollerātissimū magnum tonantem. O fulmina quid cessant tua? O inanes: O extinctas iam faces tuas. O multa sic abibit tanta vorago: flagitiorū

tanta licentia. VE. Noli tam grauiter angi Philalethes. sa-
tis ac super enim penas dabūt miserrimi mortales. Sine tā-
tum ad parentem meum redeā: narremq; tam p̄clara que ti-
bi eorum benefacta memoraui. patientissime longeq; q̄dē sūt
aures ei. sed haud surde tamen. Sustinet diutius ille peccan-
tes: q̊s puniat acrius tandē atq; castiget. PHI. Nisi iam pri-
dem satis perspectam habuissem impuritatem hominū: quo
vnq̄; adduci modo potuissem vt tanta que vel video vel au-
dio crederem teterrime crudelitatis exēpla. VE. Pone iam
quesiui modum. PHI. Et pono quidem. Sed tu: oro: p̄us-
q̄ abscedas dignare tātisper domum meā inuisere mecumq;
q̇escere: vt in prosperiorem valitudinē restituta: ac tam atra
vulnerū a tabe purgata: possis demū mundior: elegantiorq;
parentem tuum conuenire. VE. Imo p̄stat ita vt sum cruen-
ta abire: vt manifestius īpietatem eorum pre oculis illi ponā.
